

lore nominatur Plinio lib. 37. cap. II.

*G.* Glandem Græci balanon vocant, unde Balanitæ lapidi nomē. Balanitæ genera duo habēt, subuirides, & Corinthij æris similitudine. Illa à Copto, hæc ex Troglodytica regione veniunt, medias secante flammea vena, Plinius. Vide inferiùs in Phœnicite. Phœnix em̄ palma est, cuius fructum etiam balanum vocant Græci.

*J* Glandem lapideam in porco inuentam, olim me vidisse memini: & rursus aliàs non dissimilem lapidem, quem è Suis maētati vesica exemptū aiebant.

*P.* Phœnix Græcis Palma est, cuius fructum etiam balani, id est, glandis nomine appellari dixi. Phœnicites ex balani similitudine appellatur, Plinius. Lapides quidam è marmoribus, aut saxis fiunt. quod genus sunt lapides Iudaici, Trochitæ, Dactyli Iudæi, & consimiles. Lapis autem Iudaicus à Dioscoride dictus, Syriacæ ab